



Prior



NOS
PHI
LIP
PUS

DEI GRATIA REX

CASTELLÆ ARAGO-

num Legionis vtriusque Siciliae, Hieru-
salem, Portugalliae, Hungariae, Dalmatiae
Croatiae Navarrae Granatae, Toleti, Valen-
tiae, Galleciae, Maioricarum, Hispalis, Sar-
diniae, Cordubae, Corsicae, Murtiae, Gien-
nis, Algarbij, Algezirae, Gibraltaris, Insula-
rum, Canariae, nec non Indiarum Orien-
taliū & Occidentalium, Insularum ac
terrae firmæ, Maris Oceani, Archidux, A-
ustriæ, Dux Burgundiae, Brabantiae, Me-

diolani, Athenarum & Neopatria, Comes Habspurgij, Flandriae, Tirolis, Barcinonae, Rossilionis, & Ceritaniae, Marchio Oristani & Comes Goceani. Cum optima hereditas omnique patrimonio praestantior, illa censenda sit, quae liberis per parentes traditur amplitudinis & gloriae, et propterea ad hanc optimus quisque maxime aspiret merito Reges, quo praclarum hunc naturae institutum alant, & tunc promoveantque, atque ea ratione tam pacis quam belli tempore, viros rei publicae utiles quique egregio laudis premio inducti, nihil laboris periculi que dissugunt, eos novis subinde honoribus militaribusque titulis ac prerogativis afficere consueverunt. Quapropter considerantes ingenuitatem & animi praestantiam tuam fideli nobis dilecti Pauli Prior & de Ferrer Baivili naturalis et perpetui nostrae ville de Talam in nostro Principatu Cathalonie, quodque vestigijs tuorum maiorum insequendo nobis summa fide et amore, in commotionibus eiusdem Principatus magna cum vite iactura & honorum tuorum amissione et in alijs rebus et occasionibus nostri Regis servitij operam navasti, quae de causa in carceribus publicis per spa-

tium octo mensium detentus fuisti & exiliatus
à dicto Cathalonie Principatu: merito ijs et alijs
nostrum Regium animum digne mouenti-
bus consideratis inducti sumus, dignumquè Ma-
iestati nostræ esse censemus in eorum præmium
& posteritatis tuæ ornamentum, te filiosquè tuos
vtriusquè sexus natos & nascituros et eorum
prolem et posteritatem ex te per lineam masculi-
nam descendentes, honoris et militiæ gradu insig-
nare et decorare. Quæ propter nostris Regijs Vi-
teris de more nostræ Regiæ Aragonum Câ-
cellariæ Expeditis datis in oppido nostro Madri-
ti die septima mensis Aprilis presentis et infra-
scripti anni commissimus nobili et dilecto Consilia-
rio nostro **DON GERARDO DE GU-**
ARDIOLA locumtenenti in officio Magistri
Rationalis domus et Curie nostræ, quod te dic-
tum Paulum Prior et deferrer nomine et vice nos-
tris dicto militiæ gradu insigneret et decoraret. Qui
quidem Don Gerardus in vindictæ nostræ Re-
giæ commissionis, te militem armavit, cinguloquè mi-
litari insigniuit, vt nobis legitime constitit instru-
mento publico, ipsius Don Gerardi iussu recepto
in nro oppido Madriti die vigesima prima
cuiusdem mensis Aprilis testificato per Fructuosum

Pique nostrum scribum Registri maiorem in nos-
tra Regia Aragonum Cancellaria & notarium
publicum. Quo circa tuo nomine fuit Maiestati
nostrae humiliter supplicatum, ut opportunum
Privilegium tibi de super concedere et expediri mā-
dare dignaremur. Et nos petitione tua benigne sus-
cepta eidemque annuentes. Tenore presentis de
nra certa scientia Regiaque auctoritate delibera-
te Et consulto/omnia & singula perdictum Don
Gerardum de Guardiola virtute prefate nostrae
Regiae commisionis gesta et facta laudamus appro-
bamus rattificamus et confirmamus & quatenus
opus sit de nouo concedimus et largimur. Decer-
nentes quod tu dictus **PAVLVS PRIOR ET
DEFERRER**. Totaque proles et posteritas
tua tam nata quam nascitura per virilem sexum
& lineam masculinam gradatim proventens
& descendens deinceps **SITIS** nominemini
et intitulemini milites et militari cingulo decorati.
Possitisque & valeatis deferre enses calcaria et
alia aurea ornamenta ad equestrem siue militarem
dignitatem pertinentia et spectantia gaudeatis quo-
que & gaudere possitis & valeatis omnibus illis
Privilegijs libertatibus immunitatibus exemptio-
nibus dignitatibus auctoritatibus gratijs honorib?

Et preminentijs quibus ceteri milites & militari
cingulo decorati & eorum filij et descendentes
ex eis per lineam masculinam de iure consuetudine,
foro vsu. Et consuetudine, quorumcunque
Regnorum & dominiorum nostrorum
et presertim dicti nostri Principatus Cathaloniae
et Comitatum Rossilionis & Ceritanie & ali
quouis modo vtuntur fruuntur
et gaudent et vti, poteri frui, et gaudere consueuerunt
ac possunt et debent, et in omnibus actis et rebus
peragendis milites nuncupemini & intitulemini ea omnia
et singula faciendo, quae alij milites & militari cingulo
decorati facere possunt et debent. Et vt actus huiusmodi
clarius elucescat tua auita armorum insignia, quae
hactenus gestare consueuisti, necdum confirmamus
verum etiam vberiori additamento roboramus, et
validamus tibi quae et posteris tuis ac si ea nunquam
gessisset de nouo concedimus & elargimur. Videlicet
scutum per medium a summo vsque ad deorsum diuisum,
in cuius prima parte rubea, leo erectus de auratus
ac cathaphractus, scilicet armatus, vngulis linguaque
exerta, sursumque versus leonis caput, stella matutina
argentea cum octo radijs

depinguntur; sinistraque pars, in duas etiam per
medium transversaliter vulgariter ensaja diui-
ditur, quarum prima superior argentea, colum-



bam siluestrem, vulgo torcaz natiui sui coloris pen-
nis, scilicet coeruleis et alijs coloribus depictis rostro-
que et pedibus rubeis continet formosam: Et in in

feriori parte viridis coloris, calceamentum de auratu
cuiusdam equi videtur, & fascia argentea cum octo
ermineis nigris gradatim positis totum ambit scu-
tum. Et in alta ipsius stemmatis parte, galea ferru-
ginea clausa (varia ab eius cono penna, et quoddam
linteolum argenteum acrefacile arreptum, in quo
literis nigris scriptis, PRIOR, legitur, exilientes)
eminet. Que quidem arma & insignia tu totaque
proles et posteritas tua per lineam masculinam des-
cendens de cetero gestare, et in hastiludijs bellis cer-
taminibus armis annulis signis sigillis auleis do-
mibus vasibus et alijs utensilibus, et in omnibus actis
& picturis ac edificijs prohibito voluntatis, absque
ullo impedimento et contradictione apponere pos-
sitis & valeatis. Serenissimo propterea BAL-
THASARI CAROLO PRINCIPI
Asturiarum & Gerunde Ducique Calabriae
et Montisalbi filio primo genito nostro charissi-
mo ac post foelices & longeuos dies nostros in omni-
bus Regnis et Dominijs nostris (Deo propitio) im-
mediato heredi & legitimo successori intentam ape-
rientes nostrum sub paterna benedictionis obtentu
dicimus eumque rogamus. Illustribus vero Egregijs,
Spectabilibus, Venerabilibus, Nobilibus, Magnificis,
dilectisque Consiliarijs & fidelibus nostris quibus

cunque Vicerregibus locumtenentibus & Capitaneis generalibus nostris, Cancellario Vicecancellario Regentibus Cancellariam & Doctoribus nostrarum, Regiarum, Audientiarum Regentique officium nostre generalis Gubernationis et Gerentibus vices nostri generalis Gubernatoris Iustitie Aragonum et eius locumtenentibus Magistris, Rationalibus, Baiulis generalibus Procuratoribus, Regijs, Vicarijs, Baiulis, Subvicarijs, Subbaiulis, Iustitijs, Iuratis, consiliaribus Consulibus, Patiarijs et Procuratoribus, cæterisque denum vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris cuiuscunque dignitatis præminentie status gradus & conditionis existentibus presentibus et futuris, dictorumque officialium locumtenentibus Necnon admodum Illustri Duci, Illustribus Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus atque alijs Subditis nostris nostrorum Regnorum & Dominiorum Coronæ Aragonum presentibus et futuris, dicimus et districte præcipiendo mandamus ad incursum nostre Regie indignationis et ire, pœneque florenorum auri Aragonum bis mille, ab omni secus agentis irremissibiliter exigendorum et nostris Regis inferendorum era-

rijs, quatenus Priuilegium huiusmodi tenentes et
observantes tenerique et inuiolabiliter obserua-
ri facientes tedictum PAVLVM PRIOR
& DEFERRER, filios que tuos vtriusque
sexus tam natos quam nascituros totamque tu-
am & illorum prolem et posteritatem natam &
nascituram per lineam virilem ex te descendente,
promilitibus habeant teneant reputent honorificent
atque tractent, omnibusque Priuilegijs libertati-
bus immunitatibus & alijs predictis, vti et gaude-
re permittant. Contrarium nullatenus tentaturi
ratione aliqua siue causa Sidicus Serenissimus Prin-
ceps nobis morem gerere. Ceteri vero officiales &
subditi nostri predicti gratiam nostram charam
habent ac preter irae Et indignationis nostre incur-
sum penam praepositam Cupiunt euitare. Vo-
luntus autem et expresse iubemus, quod antequam
hoc Priuilegio vtaris, illud in officio Secretarij nri Re-
gistri gratiarum presentare tenearis, vt ibidem pre-
missorum ratio sumatur, de quibus per annotatione
dicti Secretarij in eodem factam constet, quod si pre-
dicta intra quadrimestre a die datae presentis non ad-
impleueris, personae seu personis ad quam seu quas
predictorum executio spectet dicimus et iubemus,
quatenus presentem gratiam non admittant quia

eam nullius roboris & valoris esse declaramus. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nro Regno communi sigillo impendenti munitam. Datt in nostra Ciuitate Castellae die Vigesima octaua mensis Octobris — anno a Natiuitate Dni millesimo sexcentesimo quadragessimo tertio Regnorumque nostrorum vigesimo tertio

Yo el Rey

Don Juan de Gouy

N. N. N.

V. Ovidio

*Los Diezmos — Xuyt
Boleo — Lxxxii*

*Dominus Rex mandauit michi
Michaeli Dabla de Laniga. Vasa per
carnajal p. Mes. in g. Vico. Bayesta
Oray et Crespi. P. P. con. et me
p. con. p. generalis.*

*Jome de Agonada sed
Pallethor de Ma
Juan de Agonada*

*V. Bajocada
V. Donchoy
V. Laniga p. con. p. g.*

PRIVILEGIO militar en persona de PABLO PRIOR y de Ferrer Natural del Principado de Cataluña.

*In Dni
Secundo
fello. Lxxxii*

su. sig. p. cautione iu. dec. rebim

P. Navarro Locum. Prot.

Yo el Rey

Viado el Privilegio que antecede en el fol 254 del Libro de Despachos del Ayuntamiento de la Ciudad de Barcelona del año mil ochocientos veinte y ocho.

J. J. Carreras
Secretario



In Dei nomine amen. sea a todos manifiesto que en la villa de Madrid Corte del Rey nuestro S. a veintey vndia del mes de Abril año del nacimiento de nro. S. Sexto, mil seiscientos quatro y tres en las casas y habitacion del señor don Grau de Guardiola situada en la parte villa de Madrid, enfrente los Trinitarios, Descalzos, constituydo personalmente Pablo Prior y Ferrer natural de la villa de Talarn en el Principado de Cathaluna ante la presencia del dho señor don Grau de Guardiola y otros muchos y demi el notario y testigos infrascriptos y presento con la reuerencia deuida al dho S. don Grau de Guardiola y otros una Commission Real en que su Mage. se da licencia para que arme cauallero al dho Pablo Prior y Ferrer cuyo tenor es el que se sigue = Philippus Dei gratia Rex castelle, Aragonum, Sicilie, Hierusalem, Portugallie, Hungarie, Dalmatie Croatia, Nauarra, Granate, Toleti, Valentie, Gallie, Maioricar, Hispalis, Sardinie, Cordue, Corcice, Murtie, Ciennar, Algarbij, Algerie, Gibraltar, Insular, Canaria non non Indiaram orientalium et occidentalium Insularum ac Terrarum Firmitatis maris oceani, Archidux Austria, Dux Burgundie, Brabantie, Mediolani Athenarum, et Neopatrie, Comes Abspurgij, Tirolis, Barcinone, Rossillonis & Ceritanie, Marchionis

Christiani, et Comes Gorceani, Nobili Mag. ac dilecto Consiliario
nostro Don Gerardo de Guardiola Locumt. in officio Magistri
Nationalis Domus et Curia nostra salutem et dilectionem, cum
vix percepimus fidelis nobis dilectus Paulus Prior et Ferrer
Baillius perpetuus ac oriundus villa de Salarn in Principatu
Cathalonie, ab honestis et honoratis parentibus originem
trahat sufficientiq. bonorum copia abundet, cupiatque
militari cingulo decorari et pro inde nobis humiliter suppli-
cauerit ut illud sibi concedere dignaremur. Nos supplicatio-
ne huiusmodi benigne suscepta eidemq. annuentes, Tenore
presentium de nostra certa scientia Regiæ auctoritate deliberate
et Consulto licentiam concedimus et facultatem plenariam tibi
impartimus atq. committimus et subemus quod prædictum Paulus
Prior et Ferrer nostra Regia auctoritate militari cingulo et,
alijs ad promotionem militis pertinentibus & spectantibus de-
coris omnia insignia militaria illi concedendo, sicut in simi-
libus fieri solitum est et consuetum quibus solemnibus per-
actis nos certiores reddes, ut ad supplicationem præfati Pauli
Prior et Ferrer opportunum gratis et concessionis nostre Privi-
legium sibi valeat expediri quod si intra sex menses adie data
presentium a nobis in forma solita non obtinuerit concessio-
nem et gratiam nostram huiusmodi nullius roboris et momen-
ti esse declaramus et decernimus. Nos enim in et super,



premissis omnibus et singulis vice et voce nostra Regias tibi
plenarie Committimus per presentes Datt. in oppido nro
Matriti die decima septima mensis Aprilis anno anad.
Domini millenimo sexcentesimo quadagesimo Tertio =

Domini Rex mandavit mihi Pedro de
Villanueva Visa per Cardinalem Carvajal pro The
gli, Vico, Bayetola, Magarola, et ortis Regentes Cant
me pro conservatore generali y en vicio de la dicha
y praisenta commission et dicho Pablo Prior y Berro sup
plico al dho don Grau de Guardiola se donasse Cavallero po
niendola en execucion como en ella se contiene, alo qual

respondio su merced qd estava prompto a executar la vo
luntad de su Magd, y en su cumplimiento se sento en una
silla y arrodillandose a sus pies el dicho Pablo Prior y Berro
dijo supp. a vna, se sirva de armarme Cavallero alo qual
respondio el dicho S. don Grau de Guardiola asi lo hago, y ten
iendo empuñada una espada desnuda le dio tres golpes de espada
vno en cada hombro y otro en la cabeza diziendo al mismo
tiempo estas palabras, Dios nro, S. y el glorioso y bienaventu
rado Santiago, os hagan buen Cavallero, y continuamente
le cino una espada y daga al lado, cerimonia y diligencia
que en semejantes actos se suele hazer con lo qual quedo armo

[Signature]

do Cavallero el dicho Pablo Prior y Ferrer, y asupeditin

hizo el presente auto y escriptura de Certificacion y o

el notario y escriuano infrascripto que me halla pnto
a todo en el Lugar dia mes y año arriba Calendados sun

do tambien pntes por testigos Don Ramon Casarriga y Don

Juan Gavol Residentes en esta parte y otros muchos

de mi Fructuoso Lugar escriuano mayor de Registro de su
Maj. en la Real Audiencia deragon, y por autoridad de
en todos los Reynos y señorios del Rey nro
que lo Residente en el. que alo Sobredino con los testigos
ante Jui de Carrer

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Signature]



17



SELO SECVNDO, SESENTA Y OCHO
MARAVEDIS, AÑO DE MDLXXXVIII Y SEISCIENTOS
EIGHTY EIGHT AND EIGHT.

Handwritten text in cursive script, likely a signature or address, written vertically on the left side of the page.

OFFICE OF THE SECRETARY OF THE
TREASURY, DEPARTMENT OF THE
TREASURY, WASHINGTON, D.C.



Signature
Pablo Poiri J. Gomez

